

grato concurrentes assensu omnibus apud vos causa devocionis et vestrarum oracionum
 *participacionis^{b)} sepulturam eligentibus misericorditer auctoritate apostolica concedimus
 et donamus. Concedimus eciam ut prepositum vel provisorem scilicet personam honestam
 a vobis et a saniori parte dicti vestri monasterii electam *habeatis^{c)}, qui vos et totam
 5 familiam curie vestri monasterii seu eciam prebendarios si quos habueritis vel infra septa
 prefati monasterii residentes secundum deum respiciat, diebus festivis verbum dei vobis
 et omnibus vestris annunciando, infirmos vestros visitando et in ceteris rebus sacramenta-
 libus ministrando. Preterea concedimus, ut nulli archidiacono vel archipresbitero ad
 aliquid respondere sed episcopo^{d)} Mersburgensi vestro dyocesano filio^{e)} nostro dilecto
 10 habeatis super omnia, omnes libertates et emunitates a personis spiritalibus per privilegia
 vel alias indulgencias vobis et monasterio vestro concessas nec non libertates et exemp-
 tionem secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus Christi rationa-
 biliter vobis et vestro monasterio prenominato indultas sicut eas juste et pacifice obtinetis
 vobis et per *vos^{f)} eidem monasterio auctoritate apostolica antedicta confirmamus et pre-
 15 sentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
 nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc
 attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli
 apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni x. kal. julii, pontificatus nostri
 anno tercio.

20

(B.)

19.

*Das Clarenkloster zu Weißenfels verkauft dem Kloster 40 Juchert Holz bei Leipzig gelegen für
 50 Mark Silber. Weissenfels, 1286 April 29.*

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Leipzig Kasten 84. Das Reitersiegel des Markgrafen, das S. der Markgräfin
 25 Elena und das des Clarenklosters an Pergamentstr.
 Ann.: Vergl. No. 20.

Nos Margaretha abbatissa totusque conventus sororum in Wizenvels ordinis
 sancte Clare omnibus hanc litteram visuris volumus esse notum, quod nos de maturo
 consilio capituli nostri nec non cum bona voluntate et licentia *illustris^{a)} principis domini
 30 Friderici | marchionis de Landisberg quadraginta jugera lignorum juxta Lipik sita, que
 Gerardus de Aldenburg dictus Vnrath nostro monasterio [dedit] cum con|sensu *illustris^{a)}
 principis jam dicti domini Friderici marchionis de Landisberg, qui etiam jus proprietatis
 ob piam recordationem *illustris^{a)} principis domini Theoderici patris sui quondam marchio-
 nis in Landisberg nostro monasterio donavit presentibus viris ydoneis et honestis, sancti-
 35 monialibus in Lipik ante civitatem commorantibus pro quinquaginta marcis Vribergensis
 argenti vendidimus usualis, in ipsas omne jus transferentes quod in prehabitis bonis

18. b) participacionem. c) hebeatis. d) vor episcopo ein Buchstabe, wohl s, wegradirt. e) vor filio etwa
 zwei Buchstaben wegradirt. f) nos.

19. a) illustri.